



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs
Perutilis**

Gilbertus < Tornacensis >

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

raliter vicem tenent Apostolorum:
ita Papa typum tenet individualiter Domini Iesu Christi. De cuius potestate magis est reverentialiter subicendum, quam temerè discutiendum.

CAP. XXXVI.

VT igitur videamus quomodo Reducit omnis perfectio Hierarchica hoc cap. terminatur in Papa, reducamus Hierarchiam humanam ad angeli chiā hum- manam, & angelicam ad diuinam. ad Ange- Sciendum est igitur quod in Trini- licam, cu- tate est trium distinctio personarū, ius perfe- Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ctio in quibus appropriata sunt nomina summo potentiae, sapientiae, & bonitatis. Pontifi- Et ex ipsis sumuntur tres actus Hie natur. rarchici in angelica Hierarchia: Perfectio, quae pertinet ad Pa- tris potentiam; illuminatio, quae ad Filii sapientiam; purgatio, quae ad sancti Spiritus bonitatem. Est autem

128 DE OFF. EPISC.

autem triplex purgatio: Vna respe-
ctu infirmorum in corpore, cuiusmo-
di sunt Energumeni: quæ ad ipsos
pertinet Exorcistas. Altera respe-
ctu immundorum & non mundo-
rum in anima, cuiusmodi sunt in-
quinati vitijs cōtramores: hoc per-
tinet ad Ostiarios. Tertia est respe-
ctu errorum in anima, quæ ad Acci-
luthos noscitur pertinere, qui & ce-
roferarij à ferēdo lumina fidei sunt
vocati: ut prima purgatio effectum
respiciat, secunda affectum, tertia
intellecūtum: Est nihilominus tri-
plex illuminatio: Vna, quantum ad
lumen antecedens, cuiusmodi est lu-
men propheticum: & hoc pertinet
ad Lectores. Alia quantum ad lu-
men consequens, cuiusmodi est lu-
men apostolicæ doctrinæ: quæ perti-
net ad Subdiaconos. Tertia quan-
tum ad lumen plenum, cuiusmodi
est Euangelicum: quæ pertinet ad

Diss.

TRACTAT.

129

Diaconos, ut sit lumen propheticum,
sicut lumen stellarum in nocte: Apo-
stolicum, ut lumen solis in aurora:
Euangelicum vero, sicut lumen so-
lis cum in meridie circumfulget.
Est etiam triplex perfectio respici-
ens potestatem. Quædam enim est
potestas perfecta, quæ ad Sacerdo-
tes pertinet, qui habent ex officio
baptizare, confiteri, soluere & liga-
re. Alia vero perfectior, quæ ad E-
piscopos pertinet, qui soli possunt cle-
ricos ordinare, virgines benedice-
re, Pontifices consecrare, manus im-
ponere, basilicas dedicare, degra-
dandos deponere, Synodos celebra-
re, Chrisma cōficere, vestes & vasa
sacrare. Tertia perfectissima, quæ
est in Papa, qui solus potest quid-
quid alij possunt, & multa alia quæ
non possunt per alios expediri, nec
transeunt etiam de generali man-
dato, nisi specialiter demandentur.

Ad

130 DE OFF. EPISC.

*Ad ipsum enim solum pertinet
translatio Episcopi vel electi confir-
mati, depositio Episcopi, renuncia-
tio Episcopi vel electi confirmati,
exemptio episcoporum, restitutio
depositorum, iudicialis diffinitio, et
privilegiorum suorum interpreta-
tio, sedis Episcopalis mutatio, con-
struere de novo sedem Episcopalem
ubi non fuit, subiucere unum Episco-
patum alijs & unum in duos dividere,
& duos unire, votum Hierosolymi-
tanum commutare, generale Con-
cilium celebrare, legem generalem
condere, prebendam vel Ecclesi-
am non vacantem concedere, ex-
communicatum a se absoluere a quo
non contingit appellare. solus potest
pallium concedere, solus semper &
ubique utitur pallio, solus potest cum
bigamo dispensare, & cetera mul-
ta solus potest, que nullus alius po-
test.*

CAP.